

Ioannes Hispalensis generaliora tantum ex illis obseruat, quem communiter sequuntur nouitij. Considerat primo, an planeta sit combustus an non, Secundo, an sit directus an non, seu uelox aut tardus. Tertio, an in aliqua suarum dignitatum fuerit, ut domo, exaltatione, triplicitate, termino uel facie. Quarto, an sit in malo aspectu in fortunarum, uel in bono aspectu fortunarum, an non. Quinto & ultimo, quomodo sit collocatus in figura coeli, an sit in angulo uel succedenti, uel cadenti.

Potentes igitur & fortes dicuntur planetae, cum sunt directi in domibus aut exaltationibus, in angulis uel succedentibus, liberi a combustione, orientales, non impediti a malis, sed potentia & fortitudo eorum augmentatur, si a fortunis aspiciuntur, aut eis coniunguntur, & quando sunt in Hayz suis, superiores orientales, inferiores occidentales. Supreme damnati & infortunati dicuntur, cum sunt retrogradi, combusti, cadentes ab exaltatione, in cadente, a malis impediti ☉ ☌ ☌, aut ☌, in contrario Hayz, meridionales. Et quanto plura malorum testimonia, tanto infortunatiores, sed partim in dignitatibus & fortitudinibus, partim uero in debilitatibus & depressionibus, indifferentes siue mediocres dicuntur.

Fortunia & infortunia cuspidum domorum coeli, Item locorum planetarum, & partium significatorum doctè definire. Canon XL.



Vspides & initia domorum coeli: Item planetae & partes significatorum, fortunantur per ☌, & omnes aspectus bonorum planetarum, & per bonos aspectus mediocrium Planetarum, cum eadem loca aspiciunt uel coniuncti illis fuerint ex medietate, uel intra medietates orbium eorum, ut si 14. ☌ esset cuspidis secundae domus figurae coeli, & 4. in 23 ☌. Sic 4. per suam praesentiam in secunda domo, ex medietate orbis sui, qui est 9. graduum, fortunaret cuspidem secundae domus. Hoc idem etiam faceret in quolibet gradu intermedio. Sic pari uia aspectus obseruandi, ut sit 14. ☌, sicut prius cuspidis secundae domus, & 4. in 23 gradu m, aspiciens cuspidem Δ, ex medietate orbis sui, quoniam sic fortunaret cuspidem secundae, sic etiam in quolibet gradu intermedio sub medietate orbis sui. Isto modo intellige etiam infortunationes & damnationes praedictorum locorum. Nam mali planetae per ☌ ☌ & ☌, & mediocres planetae per eorum ☌ & ☌, infortunant loca planetarum bonorum, & cuspides domorum, ac partes significatorum ex medietate, & intra medietates orbium eorum. ☌ cum sua praesentia, fortunat & augmentat, quemlibet locum in quo est. Quare bonum cum bonis, & malum cum malis, sicut ☌, ☌ infortunat & minuit, quare bona cum malis, & cum bonis mala.

Dominos, dominatores uel gubernatores & duces thematum inuenire. Canon XLI.



Dominus signi is est, qui in eodem signo domicilium habet, ut signi ♃ Mars, Tauri ♀ &c. Sic si ascenderet signum ♃, Mars dominus ascendentis erit. Si secundam domum signum ☌ occuparet, Venus domina secundae domus esset. Sic de alijs iudicandum erit.

Dominator, significator siue gubernator, Arabico Almuten dicitur, ille